ISIDORUS HISPALENSIS
12. bis 13. Jh.
Seite 6r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26503
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ut ualeas que requiris cito in hoc corpore inuenire. hec tibi lector pagina monstrat de quibus rebus in libris singulis conditor huius codicis disputauit.

In libro primo de grammatica et partibus eius. In ii. de rethorica et dialetica. In iii. de mathematica cuius partes sunt arithmetica. geometria. musica. et astronomia. In iiii. de medicina. In v. de legibus et instrumentis iudiciorum ac temporibus et etatibus seculi. In vi. de ordine scripturarum de ciclis et canonibus de festiuitatibus et officiis. In vii. de deo et angelis de nominibus psalmorum. de nominibus sanctorum patrum. de martiribus clericis monachis et ceteris fidelium nominibus. In viii. de ecclesia et synagoga de religione et fide de heresibus de philosophis poetis sibillis magis paganis ac diis gentium. In viiii. de linguis gentium de regum militum ciuiumque uocabulis et affinitatibus. In x. de quibusdam nominibus per alphabetum distinctis. In xi. de homine et partibus eius de etatibus hominis deportentis et transformatis. In xii. de quadrupedibus reptilibus piscibus ac uolatilibus. In xiii. de elementis i. de celo de aere de aquis de mari fluminibus ac diluuiis. In xiiii. de terra et paradyso et pronunciis totius orbis de insulis montibus ceterisque locorum uocabulis ac de inferioribus terre. In xv. de ciuitatibus de edificiis urbanis et rusticis de aquis de finibus et mensuris agrorum de itineribus. In xvi. de glebis extra et aquis de omni genere gemmarum et lapidum preciosorum et uilium de ebore quoque et marmora notato de uitro de metallis omnibus de ponderibus et mensuris. In xvii. de cultura agrorum de frugibus uniuersi generis de uitibus et arboribus omnis generis de herbis et oleribus uniuersis. In xviii. de bellis et triumphis ac instrumentis bellicis de foro de spectaculis de alea et pila. In xviiii. de nauibus funibus retibus et de fabris ferrariis et fabricis parietum et cunctis instrumentis edificiorum de lanificiis quoque et ornamentis et uestibus uniuersis

2